



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]

XX. Februarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

S. Eleutherius Tornacensis Episcopus Mariani honoris zelantissimus contra Hæreticos Mariæ hostes concilium coëgit, eos urbe proscriptis, à quibus post varias persecutiones eâ, quæ Marianus honoris zelotem decet, constantiâ toleratas in templi Mariani ingressu gravissimè in capite vulneratus, amoris suæ Matris amantissimæ vitam immolavit. *Balingkem.* Ubi tu guttam sudoris, ne dicam sanguinis, dedisti pro Maria.

S. Eleutheri corporis & ingenii mihi vires impetra, quæ honorem Deiparæ propagare, aut si occasio ferat, etiam defendere possim; certus tantò majus me in agone solatium reperiturum, quantò solertiùs ejus honori promovendo vivens insudavero. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego Nindignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, &c. f. 2.

Ad quod impetrandum stipem pauperi, aut munus aliquod Proximo donabo, eâ lege, ut certi aliquid in Deiparæ honorem oret.

Omnia dona virtutes & gratiæ ipsius spiritus Sancti; quibus vult, quando vult, & quantum vult per manus Virginis administrantur. *S. Bernardin. to. 1. ser. 1.*

Quæstio: An suo, an Matris suæ honore plus Christus delectetur?